



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

49. Superstitionis horarum obseruatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

centum particulas , & harum vnamquamque in centum minuta comminuant , quorum millia decem , integrum diem conficiunt . Ad hæc horas numeris non appellant , sed vocabulis propriis & characteribus , obseruantque in iis potissimum tres , ingentis ob cceli constitutionem cui sublunt momenti : primam noctis mediae vmbilico , qua ccelum putant fuisse conditum ; alteram , qua formatam humam , tertiam qua fictum existimant hominem . Cæterum qui lecti ab Rege calendarios contextunt indices , id habent oneris , non ut iis modo adscribant diem vertentis anni primum ; menses quibus sol vnumquodque signorum subiturus sit , & defectiones passurus luminis ; Lunæ item aspectus , configurationes stellarum vagantium , dierum mensuram , & so- lis exortus , ad vsque centesimas horæ cuiusque particulas ; verum iis etiam incumbit , vt faustos tūm dies tūm horas ab infaustis secernant , definiantque distinctè res vel ducturas ex iis exitus infelices , vel ab iis fortunandas , vt sunt aliquid ex Rege querere , & ab eo rectè aliquid concedi ; sacrificare , functorum parentum instaurare memoriam & honores , studere , vxorem ducere , lauari , vocare coniuias , migrare in alias ædes , iter aggredi , mederi morbo , plantare , ferere , quicquid demum terram , corpus , actiones priuatim , aut publicè attinet moliti , quorum nemo fas putet obnuntiante calendario quicquam suscipere , quamvis illa eius prognostica non de syderum aspectu , sed de nugis , aut incantamentis edita videantur ; characteres decim anno attribuunt ; elementorum quinque (tot enim numerant) singuli vnum significant ; nexibus sexaginta cum nominibus horarum duodecim coaptant . Constellationibus octo & viginti postmodum assumptis quibus adeat suis singulis planeta , diei vnius dominus : ex hac tricarum farragine sua demum illâ edunt oracula : quin ex affectionibus quæ Sol & Luna vaporibus imprimunt , & aspectu circum apparentium colorum vaticinantur maximis de rebus audentijs quām nostri ex nouis stellarum ignibus & cometis , vt cum eorum ex libris authenticis aphorismos referam , constabit . Et quidem haec tenus , nec plus ultra licet Astrologiæ usus apud Sinas quām ad concinnandas Calendarias tabulas , ad alia omnia lege vetitus fundatoris qui familiæ regiæ nunc quoque superstitionis caput fuit ; quod factu pronum' videtur , vt ex quibuscumque aristolorum prænuntiis , nouarum rerum & prodictionum libidines in hominibus etiam plebeis oriarentur , si semel animo conceperint , se ad sceptrum natali sydere innitari : quod delitium nonnullos Sinarum Monarchs tragicis theatri argumentum fecit .

50.
Medicina
Sinar.

Huic Astronomiæ Sinensis vitio , non absimile est vitium medicinæ , quanquam miros cernat ex vtraque euentus experientia ; nullis discitur scholis Sinarum medicina , tradunt illam suis filiis patres , magno vtrique artis compendio quæ medendi arcana in promptu habet longo tractu annorum à maioribus explorata , & posteris hæreditaria;